



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quae sacerdotes Dei declinare debeant. ccxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De accusatis episcopis. Cap. CCXXI.

Ex decreto Felicis papae ca. 4. **S**i primates accusatores episcoporum cum eis pacifica re familiariter minimè potuerint, tunc tempore legi timo eos ad synodum canonice conuocatam, nō infra angusta tépora canonice conuocent, & prius eis per scripta significant quod eis opponitur, vt ad responcionem præparati adueniant. Nam si aut vi, aut timore electi, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonice vocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent antequam canonice restituantur, & sua omnia eis legaliter reddantur.

Quod non ita in ecclesiasticis agendum sit negotiis siccut in secularibus. Cap. CCXXII.

Ex decreto eiusdem, cap. 16.

Non enim in ecclesiasticis agendum est negotiis, siccut in secularibus. Priusquà legibus vocatus venerit, ut quem in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peracta causam recedere. In ecclesiasticis verò causa dicta recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit.

Quod nulli papa viuente alium eligere liceat. Cap. CCXXIII.

Ex decreto Symmachii papæ cap. 3.

Si quis presbyter aut diaconus, aut clericus papa incol mi, & eo inconsulto subscriptionem pro Romano pontificatu cōmendare, aut pitacio promittere, aut sacramen tum præbere tentauerit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atq; decernere, loci sui dignitate & cōmunione priuetur.

De selectione episcopi. Cap. CCXXIV.

Ex cōcilii Carthaginensi.

In Ecclesia in consensu presbyterorum, episcopus sublimior fedeat.

Item de ordinatione episcopi. Cap. CCXXV.

Ex dictis Theodori archiepiscopi.

In ordinatione episcopi, ipse qui ordinat Missam celebrare debet, & qui ordinatur similiter.

Ex cōcilii Turonensis cap. 1.

Quæ sacerdotes Dei declinare debeant. Cap. CCXXVI.
Quæcunque ad aurium, & ad oculorum pertinent il lecebras, vnde vigor animi emolliri posse credatur, vt de aliquibus generibus musicorū, aliisque no-

nullis rebus, omnes dei sacerdotes se abstinere debet: quia per aurum, oculorumque illecebras vitiorum turba ad annum ingredi solet, histrionum quoque turpium & obscenorum insolentias iocorum, ipsi animo effugere, ceterisque sacerdotibus effugienda prædicare debent.

De hereditate episcopi, ceterorumque ecclesiasticorum.

Cap. CCXXVII.

Ex cœcil.

SED & hoc ibidem inuentum est de episcopis, presbytis & clericis, si hereditatem à domino rege, vel ab alio theim habent, principi, vel amico suo, seu per hereditariam sortem sibi bito, cap. deuenierit, vel acquisierunt, donare eis liceat hanc cui vo- 37. cui luerint, dum viuunt pro remedio animæ, ad Ecclesiā quā interfuit cunque elegerint, vel consanguineis suis vel amicis. Sin autem rex Con- tem antea obierint, quam firmiter perfecerint: altari cui radus. seruiunt omnia perpetuò sanctificantur, & in ius tradan- tur. Similiter de presbyteris statutum est. Hildibertus Mo- guntinensis archiepiscopus subscripsit. Robertus Treue- rensis archiepiscopus subscripsit. Vnni Hameburgensis ar- chiepiscopus subscripsit. Adaluardus Fardinensis episco- pus subscripsit. Richuynus Argentinensis episcopus sub- scripsit. Notingus Constantiensis episcopus subscripsit. Vneuanus Padarbrunnensis episcopus subscripsit. Vdil- ricus Augustensis episcopus subscripsit. Bernhardus Halu- uartanensis episcopus subscripsit. Rumaldus Minugarde- nouardensis episcopus subscripsit. Eberis Mindunensis e- piscopus subscripsit. Necnon & abbates cum ceteris sacri ordinis viris subscripterunt.

Ne episcopi propter suam quietem plebem sibi commissam negligere presumant. Cap. CCXXVIII.

Providendum est, ne episcopi propter suam quietem ad Ex cœcil. remotiora loca sedentes, & suum ministerium ne- apud san- gligentes, proprias deserant ciuitates: sed aut parochias etiam Me- suas cum officiis efficacia circumveant, aut cum religione in dardum, suis ciuitatibus canonice cum filiis suis degant. Presbytere prese- ros etiam sibi commissos, doctrina, castitate, & sobrietate, Carolo re atque hospitalitate secundum suum ministerium ornari ge, cap. 5. compellant.